

Itacunda magnitudine, ob factum, quod fortasse ne ex deliberata quidem voluntate accidit. Sed quid necesse est ire per singula? Invidia excipiat, devorat ambitio, vanitas occacat. Avaritia tyrannus est; voluptas furor; pigritia enervat; ira moderatorem, & rationem aufert. Sed nullum invenire exitum si singillatim persequar univerfa. *Abbas Boileau in delectis sententiis.*

Unicus, qui nobis domiatur affectus nos aeternis perdere potest.

Hac una mihi infirmitas est, ais. Quot igitur requiruntur, ut quis damnetur? Duo dominantes affectus possunt ne simul confectari? Hoc idem est ac si diceret: Venenum mihi haeret in corde tantum; ceterum valeo. Hoc unum si excipias, in munere meo obediens sedulus sum; verum scias hanc esse reservatam illam affectionem, quam Deus sibi postulat sacrificari. Quod tibi antiquus est, illud est, quod abs te petit Deus. Fidelem in omnibus esse, uno tantum articulo dempto, hoc est haereticum esse. Principi obtemperare, una re tantum excepta, hoc est esse rebellem. Convertum esse, una tantum excepta infirmitate, hoc est in ipsa impoenitentia versari. Numquid extremo Judicii die audiet te Dominus dicentem; Si hoc peccatum excipias, in omnibus tibi fidelis fui. Respondit ille, nisi in hoc peccasset, saltem consecutus fuisset. Hoc unum vetat, ne me tibi in aeternum concedam: hoc unum, inquit ille, me cogit, ut a te absum in aeternum. *Ibidem.*

Affectus vulgo fortiter ei inhaerent cordi, ubi nihil, quod sibi adversetur inveniant. Tunc illi palam in nos rebellant, nec ultra pares sumus illis propulsandis. Tunc illi nobis scelera imperant, neque imperium audent detestare. Tunc nos in omne flagitium immergunt, desuntque nobis vires, ut resurgamus. Ita negligentia, qua leviter evitamus crimina, semper primum opus est nostrum cupiditatum. Injuria in illis coerendis in singulos dies recentes illis adjicit vires, nosque tandem illorum tyrannidi subicit. Nos autem admirari nequaquam debemus magnam facilitatem, qua vincunt animas nostras, dum negliguntur; haec enim eadem negligentia, qua initio nobismet cavemus, illis in futurum tempus integram victoriam pollicetur, cuius quoddam veluti praedium est. Christianae Religionis principia sufficiens nobis esset subsidium ad cohibendos harum cupiditatum progressus; & haec vivendi ratio negligentia plena palatium beata illa delicta principia, in quibus praecipue primum robor nostrum consistit. Statim ac negligentia ista illud auxilium proclive, quo ultra in malum ferimur, quatit maxime necessaria virtutis fundamenta. *Sermo Quintus Academiae Anni 1701.*

Diversi affectus qui hominibus dominantur, & qualesque gignunt.

Infirmas tua, ais, est ambitio. Si contentus non es eo statu, in quo Deus te esse vult, nequaquam contentus eris illo, quem ipse vis, & fortuna nunquam replete te poterit, si Providentia tibi cancellos circumscribere non potest. Infirmas tua avaritia est; ut qui ea tenes subsellia, ubi jus dicendum tibi est, si recipis munera quia iuste judicasti, quam primum munera recipies ne iudices iuste. Infirmas tua est aures murmurantium praebere. Si absque necessitate audis ea quae vere contra proximum dicuntur, & falsa brevi audies, iisque adhibebis fidem. Non distides de industriis detractoribus, qui tuo abusi zelo, ut suis faveant affectibus, ultioni suae arma ministrant, tuasque virtutes mutantur, ut vitis suis satisfaciatur. Infirmas tua morum festivitas est. Conversationes liberae, & lepidae; sermones teneri, & patheticis sunt omnia interitus tui, & symptomata pudicitiae, quae nisi magnae adhibeantur praecautioes, quam primum interibit. Vos qui sciti estis in ornatibus concinnandis, mortali arte placendi; infirmas vestra est velle nitescere, & oculos omnium in vos convertere, quamvis puritatem vestram satam testamque tueri velitis; sed vosmet comere, & exornare cupitis iis ornamentis, quae alienam tentant pudicitiam; creditisne hoc citra scelus fieri posse, vel posse fieri quin in vos detrahentium ora exacuatis? *Abbas Boileau in delectis sententiis.*

Propositus affectus nostris cooperandi satis non est, ut illi faveantur; hincne illi resistendum est.

Fortasse consilium cepimus vim cupiditatum nostrarum coerendi; sed simplex consilium potestne nobis praebere certitudinem, nos illas superaturos? Habitus in quo sumus, illis obtemperandi, est ne dispositio ad frana illis injicienda? Cur igitur illas roboramus per eam negligentiam, qua illis resistimus; & nihilominus illas a nobis debellatum in conspectum? Continenter cedimus, quidquid

quantumvis parum, audeant in nos, & speramus validas earum incurfiones a nobis esse facile propulsandas? Quae temeritas, quod ipsi augeamus ejus inimici potentiam, quem nobismet superandum proponimus! Quenam illis nostris confidere viribus eodem tempore, quo funestam nostrae infirmitatis periculum facimus! *Sermo Quintus Academiae Anni 1701.*

Aliquidne durius est affectuum tyrannide, ubi semel illis laxata sint frana? Quae miseria gravior, ac turpior, quam avari, vel nepotis alicujus, qui infans sumptibus bona sua obligavit? Quae perlocutio illi similis, qua semet laceffit ambitiosus, invidus, cor odio repletum, ac ardore se se ulciscendi inflammatum? Quanam lacryme amariora indignatione, tadio, aegritudine voluptuosi? Semper voluptatum peritiam, & sitiens; eas quae cum possidet; minus earum, quas habet, quam quas non habet, vel non habet amplius, afficitur sensu; semper reparare quae praesentia fastidia, desideria sua ad novas delicias extendens, vel earum, quae praeterierunt, animo repetens recordationem. Tunc putat se vere beatum esse, quia in praesentiarum se vere miserum sentit, atque tunc se miserum putabat, quia se non satis felicem sentiebat. Hinc illa fastidia, inaequalitates, morositates, oblivio, & horror earum rerum, quae praeteritis amarata fuerunt. Hinc illi aculeati moribus, non semper quidem conscientiae, plerumque vero honoris, ac avaritiae, cum homines ad incitas se redactos vident fortunatum suarum interitu ad expandendum in otio coactum, viridium annorum otium coactum. *P. de la Rue in Adventu.*

Non tanti stat suam superare imbecillitatem, quanti se se eidem mancipare; non tanti stat navim non confedere in mari frequentibus procellis repleto, quanti stat ex naufragio evadere. Non tanti stat animi sui aegritudines praeviterere, quanti sua crimina reparare. Ad avaritiam vincendam opus est cancellos circumscribere misere cupiditati habendi; opus est contentos esse bonis, quae habentur; ut vero illis quae se mancipat, opus est, novas divitias acquirat, ut his nunquam persuasur. Ut libidini fiat satis, quot impedimenta! quot inutiles, ac molestae considerationes, quot angores sustinendi! Ad illam vincendam, sufficit aliquando proficere indignatione aliqua personae illius, quae amatur; unum sufficit tadium; una sufficit absentia; cadaveris unius horror, vivida inferni recordatio. Ut satisfieret ultioni, olim satis erat ut staret periculo vitae amittendae, vel furore illius auferendae. Ut cum gloria vincatur, illam contemnere satis est; atque ut cum fructu impugnetur, satis est sacrificare illam Salvatori. Quod ad ambitionem spectat, aliquisne vitis fuit sua fortuna contentus? At nonne inventi sumus, qui seipos felices putaverint, eo quod illam abdicaverunt? Misera infirmitas! fatalis hominis propensio! Nulla requies vera est, nisi ubi ab illius tyrannide liberamur. *Abbas Boileau in delectis sententiis.*

Affectibus bellum indicendum est; hoc primum esse debet Christiani hominis officium; sed non omnes simul impugnandi sunt. Hostium vires dividendae sunt, ut facilis de illis victoria referatur. Incipiendum autem ab illo, qui ceteris praepollet, tunc enim reliquos vincere nullius momenti est. Dominans ista cupiditas illi vim, motumque tribuit, & eorum omne robor constituit. Sed si magnopere resistit illam impugnare, necesse est illam cognoscere, quod difficile est; etenim vel adhuc imbecillus est, vel fortis. Si primum, non efficit, ut sentiat, atque hoc pacto in turba illam dignoscere arduum est; sin alterum; efficit, ut sentiatur nimis, & hoc ipso nos excacat, & prohibet ne ipsam cognoscamus, vel saltem ea cognoscamus crimina, in quae nos impellit. Verum si multae opere, ac laboris est dominantem affectum fecerere, hoc nequaquam inter ea numerandum est, quae fieri nequaquam possunt. Ut autem agnoscas illum, recede paulisper a mundi impedimentis; externarum quippe tumultus curarum prohibet, neauribus nostris accedat strepitus, quem affectus edunt intrinsecus. Ceterum in solitudine longe melius affectuum motus percipitur; ideoque facilis est illos agnoscere. Mox cor tuum scrutare ut queras quanam sit cupiditas ingenio tuo magis conformis, in cuius pugna majorem experiris animi repugnantiam, quae facilis tuo perturbat affectus, quae saepius tuis cogitationibus, consiliisque permiscetur; quae acriores intus efficit impressiones,

Tyrannus affectuum quibus satisfaciendae cupidinae.

Facilis est suis resistere affectibus, quam illi satisfaciendae.

Magna est evadendi perfectum est domi nantem electum cognoscere eumque oppugnare.

siones, quae extrinsecus parit noxas & frequentiores, & graviores, quae te majoribus obicit periculis, & quae in te habere potest trifloros effectus. Ne dubies quominus vere sit dominans affectus ille, in quo haec omnia signa reperies. Hic tibi potissimum oppugnandas est, ab hac enim victoria salus tua pendet. *Pater Nepveu in Christianis animadversionibus.*

Tamultus affectuum, sapientissimus quisque haeret, & quid sibi consilii

capiendum ignorat. Conscientia, honor, utilitas, affectus simul omnes commoti mentem agitant, & sibi plerumque invicem oppositi. Vult qui velit, id capit consilii, quod displicet, id exequitur, quod ex dimidio tantum deliberatum est, & quod tandem se fecisse nollit. Illud arripitur consilium, quod novissimum se obtulit, quia recentior est impressio, & quia ubique non nisi impedimenta, scopuli, slytes occurrunt. *Auctor recensens.*

# A M B I T I O .

## M O N I T U M .

**H**oc ambitioni argumentum cum titulo de superbia vel inani gloria conjunxissem, quippe hoc vitium est aequae humilitati Christianae oppositum; verum cum animadverteterem, praeterquam quod nimis late pateret, ac vagaretur ea concio, quae haec omnia simul complecteretur, ambitionem, etiamsi in propria significatione usurpetur, satis assuetum se jungerem, licet re adhuc integrum mihi proposuisset, titulos vel argumenta minus quam fieri posset multiplicare. Non potui tamen facere quin aliquando ambitionem cum superbia, & honorum, dignitatumque, circa quae versatur ambitio, mobilitate confunderem: haec enim argumenta mutui, ut ita dicam, vinculi ita arte sibi coherent, ut vix possint seungi valeant. Ambitionis autem vitium insulari possumus, vel ostendendum inavitate cum mobilitate ejus boni, quod tantopere deperimus, vel ab oculis subducendo affectus istius, qui nuncupatur Ambitio, errores, causas, effectus, injustas vias, quibus ad propositum sibi finem pervenire contendit; verbo, ea omnia, quae eandem criminofam efficiunt, & nos ad illam fugientem impellunt.

### P A R A G R A P H U S P R I M U S .

*Multiplex sermonum de Ambitione structura.*

**N**emo in hac etiam vita magis calamitosus haberi potest viro ambitioso, idque tribus de causis, quae concianis partitionem possunt efficere.

Primo propter labores, servitutem, & voluntariam captivitatem, cui se subicit ut votorum futurum summam assequatur; hoc est, ut ad eos dignitatum gradus, quo contendit, perveniat. Quis enim ignorat, quam turpi, humilique ratione sese demittant homines Principum virorum gratiam aucupantur? Quomodo illis affiduum servitutum exhibent? quomodo seipos torquent, ut aliorum ingenio, atque libidini accommodentur? Hac Sanctus Bernardus considerans in ea erupit verba: *Ob ambitio ambientium erus!* Hoc argumentum locum praebet ambitiosi hominis imaginem, atque characterem per hypotiposim describendi, & ostendendi, quo pacto sese demittat, ac reparat, ut mox extollatur; quomodo diurnam serviat servitutum, antequam dominetur; quo sane in loco latissimus dicendi campus aperitur. Quo metu, qua sollicitudine ipse torquetur incertum consiliorum suorum eventum praestolatus? quo merore conficitur, qui nequicquam se conari intelligit, atque semet de spe sua dejectum intuetur?

Altera est ratio, quod ambitiosi sese, & Deo, & hominibus invisos efficiunt. Hoc ipsa etiam protulit Veritas de superbia verba faciens, quae ab ambitione divelli non potest; quippe ambitiosis concantibus juxta Spiritus Sancti oraculum Deus resistit. Immo videtur hic oblationem percipere illorum infans consilii sese obiciens, eorumque cogitationes evertens; arrogantia enim, superbia, & audacia, ambitioni semper adherent. Exempla ex Bibliis deprompta luce clarior hanc veritatem ostendunt. Neque minus sibi apud mortales odium constant, qui naturali quadam, occultaque superbia pati minime queunt se ab aliis superari; unde fit, ut clanculum eorum consilii adversentur, nisi palam audeant resistere, & secreta cordis latitia perfundantur, sicuti ambitiosorum hominum consilia subverti cognoscunt.

Tertio denique propter pericula, quibus semper patent seu a competitoribus, alisque honorum candidatis, seu ab ipsa expectatarum dignitatum natura: cum enim haec omnia fluxa sint, & fragilia, sexcenta oriri possunt quae vitae ipsorum tranquillitatem perturbent.

II. Cum honor bonum sit extra nos positum, & omnino ex aliena opinione dependeat; ubi per am-

ditionem appetatur, plerumque tria illa usu veniunt, quae Sanctus Bernardus his verbis complexus est, quae iuste concionis, & argumentum, & partitionem possunt tribuere: *Indebite venit, praeproperè affectatur, periculose captatur.*

1. *Indebite venit;* ostendendum est gradum honoremque expectatum non ferendum promeritum. Ambitio hoc ipsum liquido probat; nam merito, quo deficiamus, & quod ad id unice quaeritur, supplementum officii, ambitu, alique rationibus, quae satis ostendunt, nos eo quo contendimus, iusta, ac legitima via pervenire non posse; vel saltem non adesse nobis quantum satis est modestiae, moderationis, & humilitatis, ut honores ultra ab aliis deseri expectemus.

2. *Præproperè affectatur;* nimis festinamus, altius quam par est ambitionem provehimus, atque pondus humeris nostris non ferendum affumimus. Hinc est, quod magis appareat meritum nostrorum exilitas, quam si in priori conditione subsistere maluissemus; honoris enim amplitudo, & fulgor dignitatis, quam per ambitionem assequimur, in majorem lucem adducit ingenii, atque virtutis nostrae tenuitatem; ita ut mortalium contemptui nosmet obijciamus, dum eorum existimationem appetimus.

3. *Periculose captatur;* non sine periculo, & quin plura subeamus discrimina, honorum dignitatumque quas tantopere concupivimus, possessionem assequimur: plerumque enim ea abutimur auctoritate, quam hac ratione sumus adepti, ac periculum urget, ne illius iacturam cum robore & confusione subeamus. Quod vero magis metuendum est, licet plerumque expendatur minus, illud est, quod in aperto salutis nostrae periculo versamur.

Ambitio omnia salutis nostrae subvertit principia. Ad hanc tria requiruntur; innocentia, obedientia omnibus religionis legibus, rectus gratiarum, quibus a Deo cumulatur, usus. Hic totus est Christianae religionis spiritus, quem ambitio omnino subvertit.

1. Sanctitatem atque innocentiam per ea, quae suadet, scelera delet.

2. Evertit pietatem, ac religionem, inspirat enim inobedientiam. Immo tollit etiam eam, quae debetur Deo, observantiam, nos contra eundem atollens.

3. Divinis abutitur gratis, quae efficiunt, ut omnem mundi gloriam contempnamus. *Depromptum ex libro, qui inscribitur: Essais des Sermons, pro*

BIBLIOTECA CENTRAL J. A. N. L.

feria tertia post secundam Quadragesime Dominicam.

- IV. Pro argumento & partitione concionis desumi possunt verba, quae superiorum ambitioforumque omnium prorulit antesignanus: *Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo*. Isaie 14.
  1. Ambitio ambitioforum inflammat desideria, qui nunquam voti compotes sunt, & nunquam in presenti, quem tenet, statu subsistere: longius semper provehit cogitationes suas, nec ullos eidem cancellos constituit.
  2. Auctoritatem affectat, potestatem, jurisdictionem in alios; ambitiosus enim, & dominari vult, & ubique; *super altitudinem*. Verum quomodo nam hac aritur potestate? quem alii sese praebet? quo oculo illos, qui infra se positi sunt, iactetur?
  3. Ea appetit officia, quae longe & genus, & meritum suum excedunt; suimet obliviscitur, & se dignioribus viris semper exaequat; *Similis ero Altissimo*.
- V. Ambitio primum in cogitationibus, & cupiditatibus suis caeca est: *Nescitis quid petatis*; quibus verbis Dei Filius Zebedaei filiis respondit.
  2. Arrogans est in sensibus suis. Duo illi discipuli responderunt, *Possumus*, Salvatori sciscitanti utrum Calicem suum bibere possent.
  3. Periculosa est, & odiosa in effectibus: *Et decem indignati sunt*. Haec est partitio P. Bourdaloue in iis sermonibus, qui sub eius nomine circumferuntur.
- VI. Ambitio ipsa veriam urget everfionem duplici ratione. Primo propter desiderium gloriae, quae ex virtute & sanctitate profecta nos coram Deo extollit, profluxa, inani, fragilique gloria, quam perit: secundo ea insensens via, qua ad irreparabilem perniciem, extremamque confusionem adducit iuxta Evangelii verba: *Qui se exaltat, humiliabitur*.
- VII. Ambitio criminosa est, i. in conatibus suis; 2. in iis quibus utitur rationibus, ut quod contendit, evincat. *Erumentes, & Dictionarium morale*.
- VIII. Ambitio i. vitae nostrae quietem perturbat sollicitudinibus, timoribus, & moribus, quos parit. 2. Conscientiam nostrae quietem perturbat iniustis rationibus, quibus utitur, ut consiliorum suorum finem assequatur, & sceleribus, quorum est causa. *Auctor sermonum in omnia Ethice Christianae argumenta in Dominicali*.
- IX. Duae res ambitiosos homines coram Deo nocentissimos exhibent.
  1. Caeca & praecipua audacia sese evehendi, quae ideo efficit, ut nihil aequum, iniquumque intentatum relinquat, ac sexcenta committant scelera.
  - Altera: indignans, ac non ferenda eorum superbia, ubi fuerint evecti. *Ex morali Dictionario*.
- X. Primo, ambitio in natura sua considerata est sese attollendi festinatio, quae affectum nunc maxime periculosum efficit.
  2. In rationibus, quas usurpat, est iniusta, commentitium meritum suum in propriae indignitatis supplementum convertens.
  3. Est in exitu funesta, seu tempus, seu aeternitatem spectemus.
- XI. Pro concionis partitione assumi possunt illa regii Prophetae verba; *Exaltatus autem humilitatus sum, & conturbatus*. 1. Plerumque enim per summam iniustitiam exaltatur: *exaltatus*. 2. Haec exaltatio non nisi propriae tranquillitatis iactura comparatur: *Conturbatus*. 3. Peculiari Divinae ultionis supplicio semper humiliatur: *Humilitatus sum*. *Auctor Sermonum Christianorum*.
  2. Honor, ad quem ambitiosus anhelat, i. Inanis est propter fundamentum, cui innititur; quippe res est fluxa, fragilis, & Christiano homine indigna; deinde propter hominum iudicium, qui & ipsi falluntur: denique turpi poenitentiae subiectus est.
  3. Injustus est; concupiscit enim atque illud sibi vendicat bonum, quod ad se minime spectat.
  4. Fatalis est, atque aeternae felicitatis perniciosus. *P. Textus in Dominicali*.
- XIII. Ambitio ex omnibus sceleribus illud est quod i. secum certissimum adfert supplicium propter curam, & sollicitudinem eidem inhaerentem.
  2. Imprudentissimum est, & maxime caecum, cum enim attolli cupit, in praecipit ruit.

3. Minus certum est id assequendi, quod appetit, & facile, ubi illud obtinuerit, potest amittere.

Tria omnem hominem ab ambitione debent deterrere.

1. Quod honor quod tanto ardore persequitur, inanis est, fluxus, & fragilis.

2. Quod difficile servari potest; qui enim illic evasit, invidiae, calumniae, & obprobriationibus patet.

3. Quod iuge inflat periculum, ne & in hac vita & in futura salus amittatur.

Ambitio. Excitat mentem, efficiens, ut id conemur quod ultra vires virtutemque nostram positum est, ac prohibens, ne nosmetipsos agnoscamus.

2. Corruptit animum illi superbiae & inanis gloriae cupiditatem immittens.

Seculi honores, quos tanta aviditate nostra ambitio persequitur, triplici ratione considerari possunt iuxta triplex obiectum, ad quod referuntur. Primo: quoad Deum, qui eorum est distributor. Secundo: quoad proximum, supra quem illi nos extollunt. 3. Et quoad nosmetipsos, qui eos vel possidemus, vel possidere conamur.

Quoad primum, saeculi honores, quatenus ad aeternae praedestinationis ordinem pertinent, totidem sunt Dei vocationes, quas nostra pollutum ambitio, illas appetens tamquam utilitates temporales. Haec prima pars erit.

Quoad alterum, huius saeculi honores nos vane subiiciunt, ut proximo inserviamus; & illis abutitur ambitio nostra eisdem requirens, ut vanum imperium, superbarumque dominationem exerceat. Haec erit pars altera.

Quoad tertium, huius saeculi honores nos multa agere, & pati oeta quamlibet exculationem cogunt; & ambitio nostra eisdem corruptit eo consilio appetens illos ut ibi tranquillam, jucundamque vitam inveniat. *Desumptum ex variis sermonibus P. Bourdaloue concione pro feria 4. post secundam Quadragesime Dominicam*.

In duabus concionis partibus ostendere possumus, primo, nihil insanius esse ambitio in cogitationibus suis; secundo, nihil esse infelicius ambitio in effectibus.

Quod ad priorem pertinet partem, duplici ratione probari potest. 1. Quod ambitioforum conatus voluntati adversantur illius, qui unus efficere potest, ut e voto cedant. Haec igitur temeritas est, quae ab infania vix abest. 2. Quod ut cogitatum finem assequatur, ea inimis consilia, quae apiora sunt, ut voto frustrantur.

Rationes partem alteram comprobantes haec sunt. 1. Quod haec eadem via Deus ad contumeliam, quae suae inferitur providentiae, ulciscendam, pleurumque permittit, ut ambitiosi cogitatus in eorum denique cedant perniciem, qui sua imperia derestant. 2. Quod ad aeternitatem pertinent, si ambitiosi hominis conatus feliciter cedunt, hinc ille terrenis rebus magis inhaeret, ideoque minus alterius vitae bona recogitat, & minus quam par est, salutem suam operatur.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque, unde hauriri copia queat ad allatas partitiones amplificandas.

SANCTUS JOHANNES CHRYSOSTOMUS 71. in *Mattheum* cap. 22. exhortatione illa ubi ostendit, quam perniciosum hoc vitium sit, & quam variis rationibus in animum irreat, loquitur etiam de pravis effectibus, quos parit in nobis inanis gloriae cupiditas.

Idem homilia 30. in *Genesim* ubi haec explicat verba, Gen. 11. *Venite, faciamus nobis Civitatem, & Turrim, cuius caput erit usque in Caelum* &c. describit ambitionis ingenium, inanesque cogitatus, quos Deus gaudet confundere.

Idem in caput 23. S. *Matthaei* in ea JESU verba Phariseorum ambitionem redarguentis; *Amant primos accubitus in mensis, salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi*; ea deplorat mala, quae peperit in Ecclesia Ecclesiasticorum ambitio, & fusus de huius affectus iniustitia & indignitate verba facit.

Idem in homilia 68. in S. Joannem ea explicans verba Joan. 12. *Dilexerunt gloriam hominum magis, quam gloriam Dei*; ambitionis naturam, per-

XIV.

XV.

XVI.

XVII.

Affectus aliique.

perniciosus ejusdem effectus, & servitutum, quam servant illi, quibus hic dominatur affectus, ostendit.

Idem homilia 2. in S. Pauli ad Titum Epistolam, ea mala describit, quae perniciosissimus hic affectus ubique parit, iis praesertim qui ab eo possidentur. Hoc praestat homilia 43. ad populum Antiochenum, ubi affectus ejusdem vim comparat ventis mare agitantibus, atque subvertentibus, & ea cientibus naufragia, quae saepius accidunt, quo quidem in loco doctoris nitet eloquentia.

Origenes tractat. 2. in *Job*, Sanctum hunc virum exhibet in serquinio tanquam divinum praecceptorem omnes homines erudientem, atque docentem exemplo, quoniam redigat mundi gloria, quae est humanae ambitionis obiectum. Hoc ipsum perficit homilia 3. in *Psal. 36* & homil. 2. in *Psal. 8*.

Sanctus Gregorius Papa lib. 2. moralium illa explicans verba Job cap. 13. *Memoria vestra comparabitur cineri*, describit artes, atque rationes, quibus ambitiosi sese evehere, & gloriam adipisci contendunt.

Idem libro primo *Epistol.* de pastoralis munere verba faciens ejus felicitatem ostendit, qui ambitione vacuus vitam tranquillam ducit, & e contra sollicitudinem, & laborem hominis ambitiosi, qui semet inanis torqueat contentionibus.

S. Bernardus sermone 6. in *Psal. Qui habitat*, paucis ea omnia complectitur, quae de ambitione dici possunt.

Idem libro tertio & quinto de consideratione palam exprimit mala, quae exo suo hoc vitium, quod tunc impune grassatur, in Ecclesia viae habet.

Cardinalis Bona in principiis Christianae vitae cap. 26. 27. ambitiosi hominis imaginem exhibet, cuius ingenium, labores, & perniciosos conatus describit.

Moralis Christiana in *Pater lib. 5.* in ea verba *Fiat voluntas tua* art. 4. acriter in illos invehitur, qui per ambitionem Ecclesiasticas dignitates affectant.

Eusebius Nierembergii libro 6. de arte voluntatis capite quarto, ostendit flocci faciendam esse huius mundi gloriam, quam ambitiosi conantur acquirere.

Pater Nepeveu in Christianis considerationibus pro singulis anni diebus in ea consideratione, quae est pro septima die Martii, loquitur de natura, & ingenio ambitionis, de iniustis rationibus, quibus ambitiosus sese conatur tollere; & ostendit quante opere hoc vitium religionis nostrae praecipit adversetur.

P. Croiset in Christianis considerationibus Tom. 2. in *iii. pecc.* plurima, eaque egregia in hoc adfert argumentum.

P. Baeza in allegoricis, ac moralibus commentariis pluribus in locis ostendit ambitionem caecitatem hominibus ostendere, eisdem in magna scelera impellere, a praecipit virtutibus detorquere, eisque remedium esse difficillimum, pag. 174. 208. 513. 682. 347. & 377.

Dandinus lib. 35. hoc argumentum fusius quinque capitibus prosequutus est.

Drexellius in *palestra Christiana* p. 2. cap. 3. La Vega duo de hac re capita confecit.

Reina serm. 15. *Quadrages.* ostendit quantum terrenus honor inanis sit, & perniciosus, & numero sermonis ejusdem 12. loquitur de ambitione.

P. Oliva in hoc argumentum speciosas affert animadversiones in sermones 14. 16. 31. ac in eo praecipue, qui est in diem festum S. Nicolai.

P. Matthias Faber tom. 3. sermonum suorum hoc argumentum pertractat.

P. Delingendes serm. 2. in 4. *Quadrages. Dominicam*, occasione arrepta ex JESU CHRISTI fuga, cum turbe illum Regem sibi consistere cupiebant, loquitur de vanitate, ac mobilitate bonorum mundi, & de his omnibus, circa quae plerumque hominum ambitio versatur.

Maimbourg serm. pro 4. feria post 3. *Quadrages.* Dominicam de perniciosis ambitionis effectibus verba facit.

Fronteniere in sermone, quem in hoc argumentum est elucubratus, ambitionem semper noxiam esse demonstrat.

Auctor sermonum Christianorum concione pro 10. post Pentec. *Dominica* fusius miseram ambitionis conditionem amplificat.

P. Duneau concione in *Evang. feria 4. post 3. Quadrages. Domin.*

Idem, sermone pro 15. post Pentec. *Domin.* de honorum mundi vanitate, & de quantarum eisdem ambitione disceptat.

La Volpilliere in quodam sermone suorum argumentum hoc pertractavit.

P. Bourdaloue in iis sermonibus, quibus suum nomen inscribitur, concione pro feria 4. post 3. *Quadrages. Domin.*

Idem in sermonibus vere suis in idem Evangelium de Ambitione verba facit, sed alia insilit via, aliamque huic sermone formam tribuit.

Inter morales sermones unum de Ambitione reperies.

In libro, qui inscribitur, *Essais des Sermons*, pro Quadr. tom. 1. pro fer. 3. hebdomadae in Quadr. conc. 4.

Auctor sermonum in omnia Ethice Christianae argumenta, sermone pro 16. post Pentec. *Domin.*

Granatenfis in locis communibus. Peraldus tom. 2. cap. 6.

Buzus in *Paravo V. Ambitio*.

Labitha in *Theatro morali V. Ambitio*.

Lohner, V. *Ambitio*.

Berconus, in *Dictionario Morali*.

PARAGRAPHUS III.

Loca, exempla, & applicationes Scripturae in hoc argumentum.

VENITE, faciamus nobis civitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad Caelum, & celeberrimum nomen nostrum, antequam dividamur in universas terras. Genes. 11.

Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus; sed dominabitur vobis Dominus (ajebat Geodon). Judic. 8.

Sublevari te cor tuum, contentus esto gloria, & sede in domo tua. 4. Reg. c. 14.

Inimici Domini mox ut honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient. Psalm. 60.

Qui altam facit domum suam, quavis ruinam. Proverb. 17.

Elevasti me, & quasi super ventum ponens, elisti me valide. Jobi 30.

Noli querere a Domino ducatum, neque a Rege cathedram honoris. Eccl. 7.

Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irumpere iniquitates. Eccl. 7.

Non adicias exaltari amplius in Monte sancto meo. Sophon. 3.

Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister. Matth. 20.

Nescitis quid petatis: potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ibidem.

Scitis quia Principes gentium dominantur eorum, & qui majores sunt, potestatem exercent in eos. Ibid.

Quod altum est hominibus, abominatio est ante Deum. Luc. 16.

Charitas non est ambitiosa. 1. ad Cor. c. 13.

Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Ad Hebr. 5.

Qui potestatem sibi assumit injuste, odietur. Eccl. 10.

Dilexerunt gloriam hominum magis quam gloriam Dei. Joan. 12.

Exempla ex Veteri Testamento desumpta.

Asterere possumus inordinatam hanc sese attolendi cupiditatem effecisse quodammodo, ut primi parentes se se crimine adfringerent, antequam etiam Dei legem infringerent. Cum enim a dæmone audivissent, futurum, ut, si vetito vicerent fructu, Deo similes fierent, boni, mali-que cognitionem adepti; inanis hac elationis atque commendatitiae Divinitatis illecebra, quam illis Spiritus tentator proposuit, rebellionis illorum causa extitit, eoque una cum posteris in eas praecipites egit calamitates, quae eundem cum terrarum orbe finem sunt habiturae. Quamquam vero videatur Ambitio, quae tunc majorem patiebatur in homine exculationem, cum adhuc esset gloriosus innocentiae privilegii ornatus, post scelus illud, quod tot eidem confluxit miseriae, subsistere non debuisse, at tamen vitium hoc per eadem illa, quae hoc austerius debebant, percrebuit, atque inolevit. Homo reus inferior factus est, & simul ambitiosior;

Parentum auctororum Ambitio.

BIBLIOTECA CENTRAL UANL

fior; amor hic propria excellentie iis egressus finibus, quos Divina Sapientia prescripserat, verum obiectum suum inanibus magnitudinis, dignitatisque speciebus confundens, animam nostram inextinguibili inanis gloria siti replevit.

Quibus artibus uteretur Absalon Regem & Abiron

Core, Dathan & Abiron viventes adhuc terra deglutiit, eo quod inani ambitione tumentes in Absalonem atque Aaronem infurrexerant, & pro illis populo Dei imperitare voluerant; vel quod illorum imperium pati non potuerant per ambitionem quodlibet imperii genus detrectantes. Sufficiat nobis, aiebant illi Numer. 16. quia omnis multitudo Sanctorum est, & in ipsis est Dominus. Quid nobiscum cum Ducibus, atque Principibus? nonne praeest populo suo Deus? Cur isti (Moysem, & Aaronem indignantibus) supra ceteros sese attolere cupiunt, atque principatum sibi vendicare? Hac verba satis superque spiritum ambitionis ostendunt, quod legitimam detrectabant auctoritatem, quam Deus duobus summis illis viris a se ad illud ministerium evocatis concesserat.

Quibus artibus uteretur Absalon Regem & Abiron

Qua arte usus non est Absalon, ut populi benevolentiam, animumque sibi deliniret, regnum, quod affectabat assecutus? Illum intus simulatit blanditiis amplectentem quocumque regis aedes introire cerneret, ut ibi sua negotia transigerent. Simulabat sibi cordi esse eorum causam, a se eandem probari, eique gratiam, favoremque pollicitus in partes suas singulos allicere conabatur, ut sibi a patre deficienti optularentur; ambitione suadente, ut artes, dolose necester antequam in vim apertam erumperet parentis optimi solum occupaturos.

Amani ambitio.

Spiritus Sanctus non sine quadam voluptate in calamitosissimi Amani persona exhibere voluisse videtur ambitionis characterem, eique curas & dolores quae effluunt, ut namquam quies illa inveniantur; quam quilibet in honorum acquisitione perquirat. Cum Amana eum honorum cumulatum affectus esset, quem vix sperare posset, nullo habebat in pretio dignitatis, Principis gratiam, gradum, quem in aula obtinebat, & omnia Regis Assueri beneficia, qui cum eo solum, regnumque imperium divisisse videbatur; eo tantum quod necio quis e populo ipsum tamquam inertem hominem contemnebat, eique praeterirent vel saltem dicere, vel asurgere detrectabat. Nonne ille confusus est, se majori ob eum contemptum dolore, ac tristitia affici, quam ob honores, & bona, quae possidebat, laetitia, & voluptate afficeretur? Ex quo ut ultionem caperet, nonne omnia cum ipsa vita miserissime amisit?

Alexandri Magni ex quo Scriptura docet ambitionis nunquam vororum suorum compotes fieri.

Spiritus Sanctus primo Machabaeorum libro ambitiosis omnibus in Alexandri Magni persona videtur illudere. Hic e Regibus ortus erat, quod illum felicem efficere poterat, nisi nimis felix esse maluisset. Sorte sua non contentus totum etiam Graeciae voluit imperitare. Hanc suam ditioni subegit; non acquievit tamen, sed vota inquietata Persarum, Medorumque imperium extendit. Hoc etiam post terribilium exercituum cladem potius est: at nunquid ideo contentus? non ita sane. Indixit licet in immensum terrarum tractum portenderent, ab eisdem ambitione appetuntur; quibus etiam suo imperio subiectis nondum suorum votorum est compos. Cum nullum ultra optandum regnum occurrat, recentes sibi terras, recentia sibi fingit imperia: in quibus cum nihil reale nancisceretur, quod suae satisfaceret cupiditati, obiit diem dolens, quod ambitionis suae minime satisfaceret: & post haec decidit in lectum, & cognovit quia moreretur. i. Mach. cap. 1. Terribile toti naturae spectaculum eorum malorum, quae in corde humano parit ambitio.

Exempla gloria malorum, quae parit ambitioni.

Plura adhuc superius in Scripturis exempla eorum consiliorum, sive furentium, sive insanorum in quae homines alidit ambitio, insigniumque penarum, quas ex illis deposcere Deus consuevit. Insigniora tamen haec ferme sunt: crudelis ambitio Zambri 3. Reg. 16. qui cum Regem suum sustulisset, Regnum eisdem occupaturus, septem dimittaxat regnavit dies; nam cum hostium persequendum manibus elabi, eorumque ultionem non posset effugere, intra Regis aedes conclusus igne undecunq; iniectione cum Regia domo conflagavit. Ambitio Nabuchodonosor universam terram imperio suo subicere meditantem, quemadmodum secundo libri Judith capite refertur: Vocavit duces, & bellatores suos, dixitque sibi cogitationem esse, ut omnem terram suo subjigaret imperio. Atalia

ambitio matris Ochoziae Regis, quae filii sui mortem intuita adeo furenti regnandi libidine exarsit, ut eos, quicunque Regii sanguinis supererant, inhumana internecione deleteret, dempto uno Joas, qui fuerent manus evasit, quemadmodum 4. Regum lib. cap. 11. legitur.

Exempla ex novo Testamento desumpta.

Vigesimo S. Mathaei cap. legimus, Matrem filiorum Zebedaei ad JESUM accessisse, eoque adorato dixisse: Dic ut sedent hi duo filii mei unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in Regno tuo. Cum duo illi discipuli tantum sibi licentiae capere minime audent, ut per se hoc efflagitent, matris precibus uti sunt, ut voti sui damnarentur. Cum nondum Regnum hoc spirituale nossent, de quo toties apud illos sermonem JESUS habuerat, illudque Regno terreno simile existimarent; liquet, ambitionem, atque sese supra ceteros extollendi libidinem illos, ut id peterent, impulsisse. Quomodo excepti fuerint, & quid in occasione adeo insigni contigerit, nemus unquam ignorat. Mundi Salvator (Pater inquit) nobis aperiens quid mali esset in horum discipulorum ambitione, ambitionis nostrae magnitudinem ostendere voluit, ut qui illis praepcepta tradidisset de re hac adeo necessaria, nobis quoque profertent, nobisque sanctam humilitatem citra quam nulla salus iniecerent.

Exemplum filiorum Zebedaei.

Ambitio non postremum fuit eorum vitiolum, propter quae Dei Filius contra Phariseos invehens est, quippe quod praeter magis adversabatur eisdem consilio, medicinam scilicet afferendi superbiae, atque arrogantiae nostrae assidua humilitatis exempla suppeditando. Itaque nullam elabi passus est occasionem ambitionis eorumdem perstringende, quam in iis etiam deprehendebat actionibus, quae in speciem sanctiorum videbantur; neque praesagabat hoc vitium increpans, quae inter praepcepta humane salutis obitacula recenitetur. Quam ob rem 20. S. Luc. cap. eos quos erudiebat, admonet, ne hos superbos & ambitiosos legisti doctores imitentur, qui latis togis incedere gaudent, qui in publicis plateis omnium salutaciones excipere gestiunt, qui primas in Synagogis cathedras, primosque in conviviiis recubitus diligunt.

Ambitio Phariseorum, ac Doctorum Legis.

Mirum sane est, & quod palam offendit, quam naturale sit hoc hominibus vitium, & quam arduum illud abicere; intueri Salvatoris eisdem discipulos in humilitatis schola inuitros, ante quorum oculos tot virtutum huius exempla versabantur, & qui nihil ferme praeter ea ex ore Divini Praeceptoris audiebant; hos inquam discipulos ambitioni adeo patuisse, ut invicem contenderent, atque disceptarent, quic eorum major esset.

Quorundam Scripturae locorum ad hoc argumentum applicatio.

Ritis sicut Dei. Genes. cap. 3. Daemon videns hominem ad Dei ipsius imaginem, ideoque obobilem aliquem finem creatum, arbitratus est, nullas eidem inesse posse cogitationes, quae naturae suae dignitati minime responderent. Hac de causa, ut S. Ambrosius animadvertit, illum tentavit ex hoc loco, sperans futurum ut eum perderet, atque de felici statu, quo fruebatur, deiceret hac eadem via, qua ipse Dei, hominumque inimicus de suo statu deciderat; nempe per ambitionem, eidem suadens, ipsum Deo similem futurum, atque altiore affecturum dignitatem praeter illa, in qua a Deo fuerat constitutus. Inde vero S. Ambrosius l. 4. in Evang. Lucae, concludit, ambitionem primum fuisse parentis nostri peccatum, & reliquorum originem: non Evam cibum inflexit, non mandatorum obivio destituit, sed promissis honoris ambitio illecebra decepti.

Ambitio primum peccatum, ac ceterorum origo.

Veniit Princeps huius mundi, & in me non habet quidquam. Joan. 14. S. Augustin. lib. de Agone Christi. quart. cur Dei Filius demonem mundi principem vocet, & ideo vocari respondet, quia ibidem absoluta fere cum potestate dominatur per triplicem concupiscentiam, de qua loquitur S. Ioannes, quorum omnium qui magis late patet, maiorem vim, maioremque tyrannidam exerceat, ambitio est, per illa verba indignata: superbia vitae. Reliqui profecto neque adeo universalis, neque adeo abso-

Ambitio passio in mundo est.

absolutum tenent imperium. Non pauci avaritiam superarunt; quidam etiam carnem suam cum eisdem concupiscentiis crucifixerunt, ut loquitur S. Paulus: at nemo fere ambitione vacuus est, nemo qui mundi huius honoribus non afficiatur.

Ambitio efficit, ut ea omnia fiant, quae charitas jubet.

Charitas patiens est, benigna est &c. non est ambitiosa. 1. ad Corinth. 13. Licet ambitio in iis omnibus quas Apostolus expicit, qualitatibus charitatis adverteretur, tamen eandem in omnibus fere agendi rationibus imitatur; quam ob rem eruditus quidam Interpres illam simulatam, personatamque charitatem appellat. Hac enim, uti charitas, patiens est; sextentas enim repulsas, atque contemptus patitur, ut cogitatum suorum finem assequatur. Si charitas de omnibus studet benemereri, nonne ambitiosus se se affabilem, officiosumque praebere nititur, ut hominum benevolentiam aucupetur? Charitas omnia suffert, inanis eredit, frigus, aestumque patitur. Hac etiam patitur ambitio, ut quod contendit, evincat.

Efficit ambitio, ut nunquam contenti simus, & nunquam pace fruamur.

Ignis nunquam dicit, sufficit. Prov. 30. Ignis ambitionis est solum. O vos facili curis dediti, quid vetat, ne lata pace fruamini, & nunquam voti compotes sitis? Felices esse cupitis; felicitatem vero nunquam acquiritis; veram vobismet ipsis, & ambitioni, quae dominatur in vobis, & cui vosmet tradidistis, succensete: ambitioni, quae licet vos Deum tot bonis in hac vita cumulaverit, prohibet, ne contenti sitis eo, quod estis, & vos cogit, ut id esse velitis, quod minime estis: ambitioni, quae per terrerimum ingrati animi vitium erga Dei providentiam efficit, ut nullo habeatis in pretio, quod habetis, & semper id cupiatis, quod minime habetis; eo usque ut hac de re indefinenter fatigemini: ambitioni, quae in corde vestro tot humiles, turpesque sollicitudines ciet; quae alienas prosperitates vobis in amarissima doloris arguenda convertit; quae insanos in vobis furoribus excitat, ubi aliquem conatibus vestris adversari cognoscitis; quae tot odia, ac simulas parit, ubi quos consiliis vestris obstitit. Verum cum aliquando tandem affectum hunc exueritis, qui omnem vitam vestram pacem perturbat; cum Christiana, atque sapienter moderazione vosmet in ordine continere didiceritis, in quo vos Deus ipse constituit; deinceps subiecti Deo id unum cogitabit, ut vosmet in statu vestri satisfeceritis; quin semper inanem felicitatis ideam persequamini, quam vos quidem vobismet veluti summum bonum exhibetis; sed cuius inanis spes vos jugiter torquet.

Ambitio non nisi post multos labores ad gloriam extollit.

Elevans aliosque me. Psalm. 101. Quot curas inicit ambitio illis, qui honorum huius facili cupiditate abripiuntur? quot illi pati coguntur? elevans illos alidit. Dei Filius sibi multa ferenda fuisse testatur, ut in gloriam suam ingrederetur: qua in re videtur ambitio Deum ipsum imitari voluisse, celestique leges eadem esse, ac terrenas. Mundus enim, qui quid habet gloriae, hoc non nisi post exantatos labores impertit; & Crucis humilitas, quae Caeli via est, eff quoque via dignitatum, ad quas ambitiosus anhelat. Reliqui affectus clam eos torquent, quibus dominantur; una ambitio palam torquere gessit; nos extollit ut facilius, ac melius dignoscatur, & semper in suae crudelitatis spectaculum convertit. Oh ambitio! quomodo placere potes, dum crucifigis: nulli sunt dolores in terris, qui tuos exaurent, & nihilominus te deperimus; homo ille, cuius conditio invidiam, & admirationem ciet illum suspicientibus, qui nihil felicitatis suae par inveniri arbitrantur, illic non nisi actionibus servilibus, turpibusque potuit evadere. Quamdiu ferre conatus fuit summi alicuius viri, a quo te provehendum esse arbitrabatur, ingenium asperum, atque contemptum? quoties eidem illa praestitit officia, quae iis, qui huiusmodi obsequiis deliniri gestiunt, adulatione, & quibus cupiditas deserere consueverunt?

Qui accendit, non per ambitionem, in iplo gloriae fulgore humilitatem retinet.

Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Psalm. 130. Domine nunquam passus sum, me decipi hoc inani fulgore, qui circum me undique nitet, neque me impulit unquam ambitio, ut id conarer, quod meas vires, statum, genasque superaret. Hoc ipsum ille de se dicere potest, qui quantumvis dignitatibus polleat, intra modestie, atque Christianae humilitatis cancellos se continet. Qui vere Christianus est, licet in oculis mundi magnus sit, semper tamen est exiguus in suis, & quin altius evehi contendat, sublimioresque dignitates affectet, eum etiam, quem obtinet Houdry Bibl. Tom. I.

gradum, non sine quodam moreore intuetur. Non est eorum similis, qui vertiginem laborant, ubi in aliquem sublimem locum elati, inferiora despicunt. Christianus humilis corde licet ad honorum fastigium se evasisse conspiciat; quemadmodum non per ambitionem illuc ascendit, praesto est, ut per humilitatem descendat. Quamvis fortem mutet, non mutat sensum atque cum Regio Propheta profiteri potest: Non est exaltatum cor meum, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me.

Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui. Non patitur Deus, nos per ambitionem, sedulo perpendi singula vestigia tua: superbe idee ille, quae mentem tuam excabant, effecerunt, ut res ipsas alter, quam sunt, intuereris, atque prohibuerat, ne de illis aequum ferres iudicium. Numquid ergo temere effeceram, ut mediocrem conditionem nancisceris? ego vero citra indignationem te de eo statu, in quo, ut te consulerem incolumitati, collocaveram, emergere intuebor? video te impune nihil intentatum relinquente, ut ad id, quod conaris, pervenias? Qui habitas in cavernis petrae, & apprehendere nitens altitudinem collis, apage, temet incompositis ambitionis tuae cupiditatibus abde, iisdem satisfacere cura si potes; elevatio tua tibi aeternum offundet opprobrium, efficietque, ut majori cum dolore eam sentias humilitatem, in quam te rursus immergam. Vix primis criminose cupiditatis tuae fructus primoribus labiis degustabis, cum in te exardescat furor meus, atque, ut insignior fiat poena tua, illud ipsum praefolore temporis momentum, quo ad hoc manus, quod tanto ardore concupiscis, aggredieris. Licet solum ipsum teneas, te inde deiciam. Cum exaltaveris quasi Aquila nidum tuum, inde deveham te, dicit Dominus. Lapsus tuus stuporem iniecit omnibus, quibus fortune tuae fulgor admirationem inecerat. Quamprimum hanc adorantium turbam evanesce, quod modo questus cupiditate potius, quam existimatione tibi desertur. Quin tui mihi erant, omnes tuae illudent calamitatis: & erit Idumaea deserta: Omnis, qui transibit per eam, suspens, & sibilabit super omnes plagas eius. Quilibet stupore percussus sciscitabitur; quidam fortunam tam solide constitutam everterit: ego vero, dicit Dominus, sciscitantibus respondebo, ambitionem tuam fuisse tui lapsus originem, & me efficere voluisse, ut tot infelicium, quos oppressisti, desinerent quereimoniam; imo me mihimetipsi ius reddere voluisse, ac providentiam meam tot infans cogitabilibus laceffitam ulcisci.

PARAGRAPHUS IV.

Loi ac sententiae SS. Patrum in hoc argumentum.

Non fere quisquam est qui careat amore dominantis, & humanam non appetat gloriam. S. August. super Psalm. 1.

Quoties hominibus praesse desidero, toties Deo meo praesse contendo. Idem ibidem, & Bernard. Serm. 1. super Missus est.

Locus superior, sine quo populus regi non potest, est administratur ut decet, tamen indecenter appetitur. Idem lib. 19. de Civ. Dei, c. 19.

Cum iis, qui naturaliter sibi pares sunt, dominari quis affectat, intolerabilis omnino superbia est. Idem, lib. 1. de Doctrina Christi.

Honor quereere te debet, non ipsum tu. Idem, lib. 50. Homil. Homil. 13.

Etiam in sinu Sacerdotum ambitio dormit; hi sub umbra recubant, in secreto thalami se fraudantem occultat. Cyprian. Serm. de Jejunio, & tentat.

Mirentur alii signa quae fecit, mirentur incredibilem abstinentiam; ego nihil ita suspico, quam gloriam illum & honorem calcare potuisse. S. Hieron. Epist. 55. quae est de vita B. Hilarionis.

Ut servi quidam venti in tranquillum mare delati totum ab ima subruunt, ut & arena cum undis miscetur; sic & ambitio, & turpis quaelus animam subvertens omnia subvertunt. S. Chryl. Homil. 43. ad Pop. Antioch.

Excitat mentis intuitum praesertim gloria furor. Idem, ibidem.

Omnibus servis magis est servus, gloria cupidus, Idem.

BIBLIOTECA CENTRAL U.S.A.N.L.





mur. Semper desideris nostris torquemur, quæ semper reviviscunt; atque jugiter illud felicitatis phantasma persequimur, quod effugit indefinenter. Satis esset itaque ambitionis principium, effectus, rationesque scrutari, ut ea pateret illud, qua sua decipit mania. Desumptum ex manuscripti. serm.

Ambitio-  
sus contra  
Dei volun-  
tatem se se  
attolere  
cupit quid  
mirum si  
voto fru-  
stratur.

Admirabili sapientia consilio voluit Deus, inter homines quandam non desse subordinationem. Ad præclarum hanc rerum ordinem tuendum, eam statum & conditionum varietatem condidit, quæ speciosam adeo in hoc terrarum orbe constituit œconomiam, & quæ sapientiam conditoris sui eloquenter enarrat. Alios quidem inter opum affluentiam, rerumque copiam oriri sinit, alios vero in pulvere, & egestate; illis quidem honores ac dignitates distribuit, aliis ea suppeditare contentus, quæ ad victum essent necessaria: illi in lucem prodierunt, ut imperarent; hi ut imperata facerent; ideoque si homines infirmi summorum indigent opem, summi quoque infirmorum egent opera, ita ut utrique mutuis firmentur auxiliis. O admirabilis ordo providentia, quem tamen ambitiosus conatur evertere! nunquam sua sorte contentus illam contendit alius provehere, atque propriæ virtutis tumens exultationem se nunquam in eo, quod meretur, pretio esse putat, & nullam de se, qua par sit, rationem haberi. Si alius quisquam attolatur, hoc in præjudicium suum factum existimat, eique velut invidia. Cum vero de se agit, honores, quibus cumulatur, æquissima est merces meritum suorum; eorumque nullam partem suo generi, sanguini, factoribus suis, amicorumque suffragiis relinquit. Ita cogitant, ita loquuntur mundi lesatores: vos melius me ipso nostis, quot in mundo videantur, quibus de meritis suis persuasum est? quot vero hoc in numero sunt, quibus hec fallax propriæ virtutis idea tamquam sibi minime partem illum exhibeat gradum, in quo ipsos divina providentia constituit? hoc ex vobis quæro, quorum est favores distribuit, quibus concretata est cura remunerandi officia, ac merita dignoscendi; quarum sollicitudinem enixarumque precum quotidie testes estis? quoties hic propriæ ambitionis mancipia summo ingrati animi voto erga Dei providentiam nullo in discrimine habere vidistis, quicquid eadem accepere, atque fortunæ sue sanctissima etiam officia sacrificare? Quod si æquissimo Dei supplicio spe exciderint sua, in quas querimonias erumpunt? quot furoribus, quam desperationem alterius gignit elatio, quam tantum contumeliam vel injuriam sibi illatam existimant? quid mirum igitur si Deus hujusmodi consilia contra ipsos volentem, atque providentia ordinem suscepta subvertat? Idem.

Eisdem  
argumentis  
continua-  
tio.

En quousque nostræ ambitionis cæcitas nos rapiat! numquid animadvertimus unquam? quicumque se se contendit attolere, sed deque veritè divinæ providentiæ consilia. O cogitationem ei viro terribilem, cui vel fidei tantillum reliquum est! Hic inira se dicere debet: quam providentiæ inferunt injuriam conatus mei? noluit Deus, ut eum honorem, quem adeo sollicite persequor, ne tentare quidem auderem; & nihilominus quid intentatum relinquo ut illuc perveniam? nonne mihi Deus satis superque contulerat id me efficiens, quod sum? ego vero beneficiis ejus ingratus ita ago, quasi nihil ipsi deberem; atque sapientiam ejus improbare videor quod beneficiis meritum meum, vel potius meam aviditatem non exæquaverit. Sperare ne possim, ut post insignem adeo contumeliam meis conatibus faveat? haud ita peccator, ne id speres; noverit Deus ulcisci providentiam suam, & illatas eidem contumelias persequi. Ita olim est utus, insigni supplicio in Aman, alioque ambitiosos viros animadvertens. Idem.

Ambitio-  
sus per  
æqua, &  
iniqua si-  
nem suam  
affici-  
det.

Pot primus hominis lapsus affectus ex una parte adeo invaluerunt in homine; ille vero præsertim, quo sese evehere studet, adeo percrebuit, ut sine ingenti rationis conatu, & gratia subsidio resistere nequeat illi, qua trahitur, cupiditati: ex altera vero lumina ejusdem adeo infirma sunt ac imbecillia, & meritum ei muneris, quod expetit, impar adeo, ut ulterius progredi possit, licitæque via desperans, quamprimum consilium iniri illis adhaerent præceptis, quæ mundana tradit sapientia. Heu quidnam docet hac a Deo reprobatâ sapientia ac toties in Scripturis anathematizata periculis speciosum est, inquit illa, primas obtinere sedes; ut illic pervenias, nihil omittendum est; omnia sacrificanda. Quære, inveni, omnia adhibe, remove omnia,

quæ esse possunt impedimento: fas sit, an nefas, quid interest? nihil non tentandum est, ut fortunæ id arripias, quod nativitas tui affectus non es. Hujusmodi sunt perniciosa mundi consilia, quæ nunc temporis maxime vigent: illa enim quæ hodie summa fide non sequitur? veritati prohibere testimonium, o mundi fautores. Quæ non patrantur scelera quotidie ad insatiabilem opum, honorumque situm extinguendam? o bestie non candidatus virtute & gratia superior? quid inausum relinquitur, ut illi fruatur infidus? namquid extremi conatus non adhibentur? hunc perdere honori ducitur, atque majorem honorem ille percepturus videtur, qui apertius fecerit. Omnes humanitatis, & urbanitatis leges, civilitatis, & amicitia vincula infringuntur; nimis quippe imbecillia sunt, ut affectus adeo ferventis vim valeant coercere: ipsa etiam religio nihil satis validum opponit, ut ejusdem furorem inhibeat, ad quem leniendum nihil requiritur minus quam æmuli mors, vel saltem æterna dejectio, quæ nullam eidem reditus spem possit relinquere. Idem sermo.

Hæc ambitiosorum labe nonne de saculo in ipsum etiam sanctuarium migravit? ita est, fideles: cum ipsius religionis ignominia fatendum est. Inter ipsos uque Sacerdotes videntur omnes ambitionis devoti, qui ut ad eas dignitates evehantur, quorum adeo terribile est ministerium, nihil censent præmittendum, in singulas ferme horas oris habitum, ac sermonem immutant; ut principum virorum existimationem ac benevolentiam acquirant, ea omnia agrediuntur quæ ipsis placere possunt, eorum desideria prævertunt, atque voluntati velleantur. Desunt ne, qui ut beneficiorum Ecclesiasticorum distributoribus sicut faciunt, quorum æquitate, & curam in probitate remuneranda cognoscunt, exterius quidem austerissimam virtutem simulent, & pharisaice pietatis devotissimam speciem ostendant? verum frustra id videri conantur, quod minime sunt, sed quod esse debent. Scinditur aliquando hoc velum, turpeque hypocritis eorum fraudes quamprimum deteguntur; omnesque intelligunt, ipsorum quidem odium in illos flagrare, qui expectant beneficia; invidiam vero in eos, qui eadem assequuntur; iram denique in illos, qui eadem distribunt. Verum quod ut plurimum accidit, id accidit, ut quamvis Deus eorum damnet improbitatem, qui turpes detegunt adeo criminose politica ambages; peccator tamen eas detegi ut patiat ambitiosorum hominum passionem sacrilegium redolentem, atque ut inane eorum prædantiam confundat, qui contra ejusdem consilia evehi conantur. Idem.

Talis fuit olim, o ambitiose Absalon, furor tuus; aures obstruxisti naturæ vocibus, ut audires vocem affectus tui; omnino distimilis hac in re a Sando Rege, qui vitam debes, cui mors tibi inimicis plurimo lacrymarum, atque ejulationum constant impendio. Velles eundem tunc mactare superbia, tantum abest, ut illius fudeas incolumitatem, qui paulo post nequiquam tux fudebit enixus. Regnandi cupiditate excaecatus, temet libenter tradidisti impij Achitophel consiliis. Tanta ingrati tudinis monstrum vos irritat Christiani auditores; verum murmura vestra suspendite, quamprimum videbitis filium hunc ab omni naturæ sensu remotum iustis ambitionis suæ luere pænas, videbitis quo pacto criminosa ejusdem exultantur consilia; vix enim aures præbuit Achitophel consulenti, cum suscitavit Deus filelem Israelitam, cujus sapiens consilium perdidit illius rationibus præpollens, conatus tanta arte elaboratos dissipabit: Dominus autem natu dissipatum est consilium Achitophel. Idem.

Narratur in Bibliis infelix Israelitici populi conatus contra Benjamin, cui causam præbuerat privata quadam querela, uti iuxta mundi consuetudinem assoler. Post plures illatas, relataque clades, cum hinc inde vicissim anceps penderet victoria, tandem aliquando completi, consummari quoque triumphi signum exitit sumi columna: Cum cernerent filii Israel in ipso certamine constituti quasi columnam summi de civitate conjungere. Judic. 20. Hoc sane symbolum est trophæorum mundi: mane gloriæ vapor ad instar fumidæ columnæ sese attollens primum quidem concrevit; sed statim conatum nostrorum mobilitas evanescit, atque in imaginariis elationibus nostris fumum tantummodo parit. Recens Auctor & Anonymus.

Quid quæro nobis videtur homo ille, cui nefas

Ambitio  
in his e-  
tam in-  
venitur,  
qui licet  
sacras  
ambulas  
dignitatis.

Ambitio  
Absalon  
tradidit.

Symbolum  
ambitio-  
nis.

Ambitio-  
sus

rius hic affectus imperit? homo est, S. Ambrosius respondet, qui omne muneris, quæsitæque dignitatis pondus se sustinere posse arbitrat; homo, qui pro vario statu, qui adductus est, satis sibi virum putat suppetere, satis luminum, zeli, integritatis, ut præcipua Ecclesiæ sedes occupet, atque ipsa Regum adeat consilia. Nullam recipit unquam mercedem quam sibi debet, nullam gratiam, quam se promerituisse fuisse non putet. Ex ipso quærit, utrum eo in munere satis digne suo sit perfunditur officio, utrum nihil sibi desit eorum, quæ requiruntur, utrum tantum assiduitatis, mentis, diligentia, constantia, cognitionis suppetat, quantum ad jus omnibus dicendum requiritur, non opprimat innocuum, nocentem vero condemnet; quærite utrum animo sit adeo forti ut alienas censuras, & murmurationes contemnat, atque extra earum iactam sese continet: reddet statim cum duobus Zebedæi filiis; Utique possum. P. Bourdaloue in iis sermonibus, qui ejusdem nomine circumferuntur, ea concione, quæ est in hoc argumentum.

Hoc in loco non loquor de crassa quadam ambitionis specie per vim dignitates occupantis, per dolum ad illas obrepentis, per fas & nefas ejusdem comparatis, alios quidem emendicatis commendationibus prævertentis, alios vero calumniis & nequissimis detractionibus evertentis, quæ post adeptos honores non quiescit, quæ alienis sumptibus sese attollit, quæ fortunam suam quocumque modo potest, ipsius etiam virtutis excidio, constituit. Loquor de abditæ, delicatæque ambitionis genere; quæ melius convenit illi, qui sub præclara integritatis specie mundanas spes, & vota fovent ardentia. Non enim deest ars quædam ad honores accedendi sub reculantibus specie, sæculi spiritum obtegendi dolosis pietatis integumentis, & externo quodam oris habitu ad sanctitatem composito, ut facilius propositis finis obtineatur, atque hominum approbatio carpatu suadendo illis jam non Deo probari. Flechier in S. Sulpicii Panegyrico.

Unicum Aman exemplum ad veritatem hanc liquido ostendendum fuisse. Aman vir ille, cui præ cæteris fortuna vellefacta est, coram quo Regis iusti tenebantur omnes genium flectere, se putat inseltem, quoniam homo quidam qui in oculis ipsius contemptibilis videbatur, hoc ipsi detrahit officium. Odium, atque ira eo usque animum ejusdem pervaserunt, ut consilium inerat Judæorum omnium, quotquot in Assueri Imperio invenirentur, ubique delendorum, ut in generali populi hujus internectione unus ille involveretur. Cogitatus, si fieri potest, quomodo affectus animum illo contorserint, ac dilaniaverint; cum enim uxori, filiisque suis testatus esset, se humanæ felicitatis apicem attingisse, ingenue fateatur se hæc omnia possidentem, nullo in discrimine eadem habere, neque se felicem existimare posse, donec Mardochæum præ regis foribus sedentem conspexerit: & cum hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quamvis videro Mardochæum Judæum sedentem ante fores regis. Abb. de Monmorel. serm. 4. Domin. post Epiph.

Honores, atque dignitates in se ipsis bonæ sunt, earumque institutio, atque auctoritas, a Deo procedit, Apostolo teste. Si quis autem tantum inelate virtutis sibi noverit, ut iure illas desideret; tantum moderationis, ut a Deo vocatus tunc solum illas suscipiat: nulla profecto sive sæculari, sive Ecclesiastica dignitas est, de qua illud prædicari nequeat, quod de Episcopatu S. Paulus docet; qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Verum enim vero eo usque evasit humani cordis ambitio, ut quod olim virtutis, modo sit temeritatis obiectum, quod olim a Dei vocatione expectabatur, nunc per ambitionem occupetur: quod nemo ausus fuisset recipere, nisi qui in semetipso tantum virtutis quantum muneri digne obeundo satis esset, cognosceret; nunc ut plurimum non nisi illegitimis rationibus affectetur. Hodierna die ut plurimum non Deus, sed iniustitia, superbia, amor proprius, imperandi cupiditas attollit; imo idem ille spiritus nequam, qui JESUM CHRISTUM ad omnes Mundi dignitates provehere voluit, qui super altissimum montium iugo translati omnia Mundi regna ostendit, atque spoondit. Aug. serm. in omnia anni Evang. Domin. 10. post Pentec.

Quomodo Quid non audent ambitiosi, ut ardenti fatifata

ciant affectui, quo votorum suorum summam assequi desiderant? cum virtute, atque meritis desistantur, eos imitantur, qui trochleis, ergatisque ununter ut ad fastigium ædificiorum ingentia illa, vel quæna, vel marmorea pondera attollant, quæ omnem substitutionem decorem, ac speciem afferunt, & quæ sine illorum instrumentorum adminiculo fortasse neglecta vel in pulvere jacerent, vel in terræ visceribus delitescerent. Nulla sunt artes, quas in usum non vocent; nulla itinera, quæ non suscipiant; nulla consilia quæ intentata relinquant; adulatio nulla, qua apud principes viros non abutantur; nulla hypocritis, quæ non induantur, ut pro vera inanem quandam, fictamque virtutem ostendant. Extrinsecus humiles sunt, quia intus superbi. Cæli bonis intenti videntur, ut terræ bona rapiant; suoque ingenio inofficiosi, per dolum officiosi sunt, atque opellas suas identidem necentes sensim ex plurimis rivulis ingentem fluxum efficiunt, quo illi, quocumque libuerit, vehuntur. Quantumvis re ipsa luci sint cupidus, bonis suis non parcunt, ubi officia ac mollia verba satis non esse cognoverint; aliorum simplicitatem promissionibus decipiunt, probitentur aliorum muneribus corrumpunt. Idem ibidem.

Vulgatissimus est ambitiosorum hominum mos per alios ergere, atque sollicitare, ut ipsi quieti, atque taciturni modestiam, & humilitatem simulent; sed silentium eorum nihil fecius, quam ministrorum suorum verba, ipsorum prodit ambitionem. Hoc immo eo perniciosius est, quo callidius; personam induit, ut melius fallat; tacet, ut opinione bona, quam aliis propriæ virtutis adstruit, persuadeat. Hoc animadvertit Sanctus Bernardus, cum Eugenium Pontificem monuit, ne dignitates conferret illis, qui eas consequi vel per alios, vel per se admitterentur; qui enim per alios petunt, suspicione non carent, qui per se, jam sunt damnati. Idem ibidem.

Ex quo hæc passio dominari cepit alicui, nulla amplius lex est, nulla religio, non metus, non pudor, non reverentia, qua coercetur; omnia sibi licere putat, omnia æqua esse, & iusta, dummodo quo contendit ascendat. Ut regnes, jus omne violandum est, ambitiosus quidam olim agebat; sed dictum illis plurimi ejusdem imitatores, atque discipuli exercent quotidie pedibus obterentes omnia Divina, atque humana jura, ut ex violata iustitia solum sibi subserviant. Idem ibidem.

Elevatio fere semper periculo est proxima. Cætena possunt quidem speciosiores fieri, non leviores; tot habent dominos, quot dignitatis suffragatores; tot vincula, quot desideria acquisitum honorem tuendi; tot denique servitutes, quot cupiditates; ab eo quod possident, possidentur, ac nulla alia in re calamitosius hominibus præstant, quam quod amaritudinem scyphi ebibunt pretiosiore. Idem ibidem.

Ambitio affectus est, quo homo sese studet altius evehere, quam debet: est igitur semper iniusta, & insatiabilis partem characteris ejus constituit. Quæ unquam passio magis est nostre quietis inimica? indignabunda, invidia, inferiores contemnit, pares ferre non potest; nulla passio magis est odiosa. Ambitiosus eum semper spectat terminum, quo contendit, parum sollicitus de via, qua graditur; difficilis, iniqua sit, nullo in discrimine habetur, dummodo ad optatum finem adducat. Gressus omnes, qui ascendenti opem ferant, redi videntur. Eius ambitio idololum est, cui officia, amicitia, gratitudo, divinæ, humanæque leges sacrificantur; nullus affectus ferocior est, & a religione remotior. Quibus artibus, utendum non est, ut optatus finis obtineatur? ambitus, mendacia, intercessiones, turpia etiam, ac servilia officia in usum vocantur; nullam non gerit personam ambitiosus, amici, supplicis, adoratoris, raro tamen hominis honesti, Christiani vero rarius. Conscientia nunquam aures præbentur; religio minus adhuc consulitur; in ambitioso corde passio una dominatur. Hinc ea statum confusio, & morum depravatio. Hinc sacra etiam mysteria pollutantur, omnesque fere conditiones dejectæ sunt, atque contemptæ. P. Croiset tom. 2. confid. Christi.

Efficat ambitio, ut mundi honores non amplius Ambitiosus tamquam ordinem Divina providentia consistunt, sed tamquam affectuum nostrorum obiecta, calliditatis fructus, vel dona fortunæ audaciorum viros se subtrahant; & sic-  
cipuos

se se ex-  
tollant  
ambitiosi.

Ambitio-  
sus violentus.

Ambitio-  
nis, ambicio-  
siolique  
character.

BIBLIOTECA CENTRAL  
U. A. N. L.